

Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1720

Quæst. 74. Qualis probatio requiratur, ut Judex Ecclesiasticus
dissolutionem sponsalium concedat, ubi nimirum ejus authoritas ad hanc
dissolutionem requiritur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73973](#)

ebrietati aliive simili vicio; quia probrosum est tam ducere, & infelices exitus ex tali matrimonio timeri possunt. Castrop. l.c. Sanch. d. 63. in fine. Pont. l.c. c. 17. n. 6. Tertio, dum de novo cognoscitur Sponsi saevitia, & morum aperitas; cum haec etiam si sufficiens causa ad divortium. ad litteras de ref. spoliat. Castrop. l.c. Sanch. d. 58. n. 2. Gutt. c. 33. n. 1. Abb. in c. veniens, qui clerici vel voventes. n. 2. Quartò, dum vita graves inimicitiae inter Sponsos, solvuntur sponsalia ex utraque parte. Gutt. n. 2. Sanch. n. 3. Castrop. n. 7. Quinto, dum unius partis parents obstinatè contradicunt, unde timei possit gravis discordia inter Sponsorum parentes & consanguineos, & à fortiore inter ipsos Sponsos. Laym. l. f. sum. tr. 10. p. 1. c. 2. n. 18. Cón. l.c. dn. 8. n. 68. Castrop. l.c. qui tamen ex Sanch. l. 1. d. 14. n. 3. monet cautè in hac re procedendum, dum expejantur variæ minæ, terrores, & discordiarum pericula intentantur, que tamen experientia teste, ubi impetus deteravit, & matrimonium contractum, in nihilum recidunt, & animi facilè conciliantur.

Quæst. 71. An & qualiter ex superveniente fortunarum mutatione solvantur sponsalia.

1. Resp. primo: Ob defectum dotis promissa, solvuntur ex parte alterius sponsalia, eo quod dotis promissio sit conditio, sub qua sponsalia celebantur. Laym. l.c. n. 2. Sanch. d. 59. n. 2. Menoch. de arb. l. 2. cas. 455. n. 6. Castrop. p. 28. n. 1.

2. Resp. etiam, dum dos promissa non est, ob supervenientem Sponsa paupertatem solvuntur sponsalia. Laym. l.c. n. 18. Pont. l.c. Gutt. c. 33. n. 4. Cuchus Inst. major. ii. 10. n. 17. Sanch. l.c. n. 4. & alii, quos citat & sequitur Castrop. n. 3. contra Covar. l.c. p. 1. c. 5. n. 5. Mafcard. de prob. concl. 577. n. 2. Siquidem haec gravis est mutatio, que, si à principio fuisset, quenlibet prudentem à matrimonio avertisset; cum in promissione matrimonii maximè attendatur patrimonium contrahentis, ut onera matrimonii sustentari possint. Unde jam etiam deducitur, timorem justum, & probabilem ex-hæritationis esse causam sufficientem dissolvendi sponsalia. Pont. n. 8. Seraph. decis. 1258. n. 1. Castrop. l.c. n. 4.

3. Resp. tertio: Si uterque Sponsorum in paupertatem deveniat, utrique dari causam sufficientem dissolvendi sponsalia; cum apti non sint ad onera matrimonii sustinenda, neque in hoc casu sit compensationi locus. Pont. Castrop. ll. cit. citato Rebell. l. 4. de oblig. Inst. q. 8. f. 8. n. 70.

4. Resp. quarto: Si post sponsalia uni Sponsorum obveniant magnæ divitiae, quas ab initio non cogitavit, altero in suo statu permanente, per hoc non solvuntur sponsalia; cum altera pars per hoc facta non sit deterior; neque obster, quod executio Sponsalium illi facto dictior sit facta dutor ex eo, quod impediatur ab aliis Sponsalibus dictioribus contrahendis; siquidem quod hac ratione executio facta dutor, est per accidens, & sanè aliás, quæsies sponsalia offerantur, minus dictior solvi poscent,

Quæst. 72. An & qualiter sponsalia disolvenda authoritate Judicis.

1. Resp. primo: Statte causâ certâ de Jure (quælis dicitur, dum causa in jure expressa) & de facto (quælis est, dum certum est, causam, quæ allegatur, adesse) solvendi sponsalia, nulla requiritur Judicis authoritas; cum id nullibi caveatur, & dissolvens utatur jure suo certo. Sanch. l.c. d. 69. n. 3. Gutt. c. 35. n. 4. Sylv. v. sponsalia. q. 11. Pont.

l.c. c. 18. in fine Rebell. l.c. l. 4. q. 8. f. 9. Castrop. p. 31. n. 1. Secus est, ubi non habetur saltem certitudo moralis, quæ ex fama, testibus, experientia habetur, apraque est virum prudentem movere ad judicium, ne dum causa est dubia de jure vel facto, alter privetur auctoritate privatâ jure suo certo quâsito in re gravi, adeoque ei fiat injuria. Castrop. l.c. Sanch. n. 8. Gutt. n. 7. Siquidem quoties est probabile seu prudens judicium; & periculum committendi in alterum iniquitatem, jus certum alteri licet tolli non potest, nisi in oppositum sit fundamentum prævalens contra certam ejus possessionem.

2. Resp. Per accidens tamen quandoque, ratione visitandi scandali facienda est dicta dissolutionis auctoritate Judicis. Sylv. Pont. Rebell. ll. cit. Gutt. n. 4. Sanch. n. 3. Castrop. n. 1. Et 2. dum nimirum sponsalia sunt publica, causa vero de jure & facto certa est occulta, intellige, ita ut à maiore parte viciniæ ignoretur. Quamvis etiam in aliquibus diecesibus prudenter statutum universaliter, ut sponsalia publica non nisi interpellatio Judice solvantur ut causa dissolutionis auctoritis investigetur, tum ut omnis suspicio miseri removeatur. Quam consuetudinem dicit Castrop. teste Laym. in c. 2. b. t. approbat à S. Thom. in 4. dist. 27. q. 2. a. 3.

Quæst. 73. Quid igitur faciendum, ubi sponsalia publica, & causa certa est secreta; que sine diffamatione partis propalari non potest.

Resp. Monere debes partem, & comminari publicationem defectus, eaque non acquiescere, potest defectum occultum deferre ad Judicem; cum delatio illa (intellige, etiam cum facta infamatio partis alterius in judicio) sit juris tui defensio. Castro. n. 4. Laym. l.c. p. 2. n. 12. Pont. l.c. n. 8. Sanch. l. 1. d. 70. n. 2. Quod si etiam defectus, v.g. crimen ita occultum est, ut nemini alteri notum sit, vel esto, alteri sit notum, is tamen nolit testari (ad quod tenetur; ut ius, quod habes resilendi, obtineas. Sanch. Castrop. ll. cit. Cönnick. d. 23. dn. 11. nn. 93.) adeoque in judicio probari nequit, potius propriâ auctoritate dissolvere potes sponsalia publica (intellige, etiam non attento periculo scandali, quod forte per accidens inde eventurum timetur) quia jam cessat obligatio interpellandi Judicem; cum sit frustranea ob defectum probationis, quin & tibi perniciose esse posset, dum ob defectum probacionis cogi posses state sponsalibus, quibus non teneatis. Laym. l.c. c. 2. n. 12. Sanch. l.c. n. 7. Castrop. l.c. Ac demum, si à Judge in hoc casu compellaris ad standum sponsalibus; cum haec compulsione in re sit justa, fallæque præsumptioni innitatur in foro conscientiae obligatum non esse patere, sed mediis omnibus te subterfugere posse mandatum, ait Castrop. Porro in causa dissolutionis sponsalium Judicem esse ecclesiasticum ordinarium, vel delegatum, non tamen Patochum, utpote qui in foro externo jurisdictionem non haber, ait Castrop. n. 4. in fine. cum Sanch. l.c. n. 10. Gutt. c. 35. in fine.

Quæst. 74. Qualis probatio requiratur, ut Judge Ecclesiasticus dissolutionem sponsalium concedat, ubi nimirum ejus auctoritas ad hanc dissolutionem requiritur.

1. Resp. primo: Dum uterque contrahentium testatur adesse causam dissolvendi sponsalia, reæ, & facile sine magna inquisitione ulteriore Judge pronunciare poterit pro dissolutione, eo quod licet

licet causa sit ficta; hoc tamen facto contrahentes satis aperte contentiunt in dictam dissolutionem, Sanch. L. 1. d. 72. n. 2. Castrop. p. 32. n. 2. Menoch. de arb. l. 2. cap. 103. n. 2. Gutt. c. 36. n. 18. Idem sentiunt iudicium AA. dum dictam causam adesse testatur unus contrahentium, qui matrimonium contrahere cupit; eò quod is ferendo hoc testimonium accuset celebrari matrimonium, quia recusatione juncta cum alterius, nimis non optantis, aut non multum cupientis celebrari matrimonium dissensu, utraque pars mutuo consenserat ad dissolventia sponsalia. Contrarium vero est, ut iudicium AA. dum is, qui renuit celebrare matrimonium, testatur adesse impedimentum, ulti potest credendum non est; cum eius confessio cedat in ejus favorem, & in alterius praejudicium.

2. Resp. secundò: Dum causa impediens matrimonium probanda est testimonioum alterius, sufficit unus testis juratus, deponens, & certò impedimentum scire, et si criminosus sit, suamque turpitudem alleget, nec citatus fuerit, sed à parte producetus, vel etiam ex generali mandato Parochi de revelando impedimento coactus, nec publicè, & parte citata testimonium ferat, sed etiam & absque nominis publicatione, nisi forte sponsalia essent jurata; quia tunc ob firmorem juramenti obligacionem exactius testimonium requiritur, ac proinde nomen testis coram partibus publicandum, Castrop. l.c. n. 3. dicens hanc omnia colligi ex c. super eo. it. 42. de testibus. c. præterea. it. 2. b. t. Mascard. de probat. concl. 1035. n. 3. Sanch. L. 1. d. 71. a. n. 2. Gutt. c. 63. a. n. 2. Cur autem in hoc casu jus contentum sit minore probatione, ratio est, quod agatur de impediendo peccato, quod sponsi impediti incurrent contrahendo. Hoc non obstante, quod ad matrimonium dissolvendum seu declarandum nullum duo testes omni exceptione maiores requirantur; quia etiā tunc quoque agatur de peccato vitando, quod tales committunt perseverando in tali matrimonio, agatur tamen etiam præterea de jure quæsito tollendo & solvendo vinculo, quod alias indissolubile est, Castrop. cit. n. 3. quod tamen etiam requiritur dictum unum testem debere esse juratum, ratio est, quia etiā agatur de peccato vitando, agatur tamen etiam de præjudicio tertii, juxta c. tua. de cohabit. Clericor. Sanch. l.c. n. 10. Castrop. n. 4. Gutt. l.c. n. 8. Quod requiratur, ut deponat ex certa scientia, ita ut non sufficiat testimonium illius de auditu, ratio est, quod testimonium illius non esset firmius eo, à qua audivit impedimentum, qui tamen de hoc non præstabilitur juramentum, Sanch. Castrop. II. cit. Gutt. n. 9. quod ipsum tamen patitur exceptionem; nimis quod tale testimonium de auditu faciat plenam etiam probationem in hoc casu, si deponat de auditu consanguinitate vel affinitate à duobus suis majoribus, aperte distinguens inter gradus ab ultra parte; cum ea distincta graduum computatio æquivalat certæ depositioni secundum Covar. in 4. decret. p. 2. c. 7. §. 10. n. 21. Mascard. l.c. n. 20. Gutt. n. 10. Castrop. l.c. qui postremus etiam addit, quod debeat testis ille esse persona honesta, non verò vilis, quæ nequidem ad denunciandum admittitur, nisi factum ita sit clandestinum, ut aliter probari nequeat. Arg. c. præterea. de testibus. Cui testimonio quanrum tribuendum sit, Judicis arbitrandum relinquuntur Sanch. l.c. n. 12. Menoch. de arb. l. 2. cas. 90.

3. Resp. tertio: Dum sponsalia sunt jurata, adhuc sufficit unus testis integrus de causa impeditiva matrimonii deponens, Castrop. n. 6. citatis Co-

var. ubi ante. n. 22. Sanch. l.c. Gutt. n. 7. contra Gl. in c. super eo. de consang. & affin. v. fama. Palud. in 4. d. 27. q. 1. a. 3. cas. 9. n. 27. Ratio est, quia probatio famæ de impedimento sufficiens est ad dissolventia sponsalia jurata, ut deciditur in cit. c. super eo. testis autem unus integer æquè ac efficacius probat, quam fama, Mascard. l.c. concl. 753. Sanch. l. 2. de matr. d. 45. n. 27. cum communis, ut Castrop. n. 6. Ad hanc cit. c. super eo. expresse dicatur, unius testimonium sufficere ad solvenda sponsalia, absque eo, quod decisio restringatur ad sponsalia jurata. Neque obstat c. præterea. it. 2. b. t. cum testis, cuius ibi sit mentio, non erat omni exceptione major, allegabatque suam turpititudinem, non publicato suo nomine, qui utique non sufficit, si sponsalia sint jurata. Neque c. in tua. b. t. cum ibi relatus testis non depositum, sed solum denunciat impeditum, adeoque non necessarium, quod insuper requirebatur, impediti probatio. Neque in hoc casu agatur insuper de impedienda juramento observatione. Nam de ea non agitur, ut nec de impediendo alterius jure; cum stante probatione impediti, non sit, seu cesseret obligatio juriamenti, uti & jus quæsumum sponsorum.

4. Resp. quarto: Sufficit quoque ad dissolventia sponsalia, etiam jurata, fama à fide dignis orta. Sanch. l.c. n. 14. Gutt. n. 13. Castrop. n. 7. Ut autem fama probet, debet esse allegata, & probata. Castrop. qui etiam contra Sanch. ait, non sufficere impeditum notorium esse, nisi hoc ipsum notorium probetur; cum alias, ut Gutt. l.c. n. 14. Juxta sententiam ferret ex notitia privata, & non publica. Quin & testes deponentes de fama debent esse jurati; cum testi non jurato in præjudicium tertii non debat credi. Castrop. Gutt. II. cit. ac deinceps fama non debet esse infirmata aliis clarioribus probationibus. Gutt. n. 15. Mascard. cit. concl. 1035. n. 14. Castrop. l.c. juxta c. cum in tua. b. t. qualiter iuxta eundem textum infirmaretur juramento consanguineorum. Abb. Alex. ibidem. Sanch. n. 17. imd & contrahentium jurantium, se non esse consanguineos, relinquendo Judicis arbitrio, quantum huic juramento tribuendum. Sanch. Gutt. Castrop. II. cit. Mascard. n. 16. De cætero famæ, quæ est opinio majoris partis vicinia, in qua ad minimum habitant decem, concedit hanc potestas, non verò rumor, qui est opinio minoris partis seu pauciorum, Sanch. n. 18. Gutt. n. 6. Castrop. cit. n. 7.

5. Resp. quinto ad probandam causam, vicinus non impeditur matrimonium, sed solum conceditur alteri parti jus resilendi, requiriuntur duo testes; eò quod jam non agatur de peccato vitando, sed de præjudicio tertii, uti & in aliis causis, juxta L. ut juris. jur. c. de testib. c. licet ex quadam. c. vendens. c. in omnino negotio. de testib. requiriuntur duo testes. Sanch. L. 1. d. 7. n. 7. Gutt. l.c. n. 17. Castrop. n. 8. Laym. l.c. c. 2. n. 12. qui tamen frustra addit haec limitationem: nisi timerentur infelices exitus & scandala ex tali matrimonio; quia stante eo timore sponsalia dissolvi possunt, nullâ alia causâ comprobata. Castrop.

Quæst. 75. An & qualiter sponsalia puberum dissolvantur mutuo consensu.

1. Resp. ad primum affirmativè, c. 2. b. t. sicutdem res omnis intellige, quæ solubilis est, excipiunt enim inter cætera matrimonii contractus ob rationem Sacramenti indissolubilis per quas causas nascitur, per eas dissolvi potest. c. 1. dereg. jur. & c. omnis res. 27. q. 2. & nihil tam naturale est, quæ eo genere quidquam dissolvi, quo colligatur est. l. nihil ff. dereg. jur. & obli-